

Hermann Christoph Engelken

**Hermanni Christoph. Engelcken, S. S. Theol. Doct. ... h. Academiæ Rostochiensis Rectoris, Programma Natalitium De Evangelicis Salisburgensibus, Salutationem: Benedictus Sit Jesus Christus, Non Vero Hymnum Natalitium Benedictus Sis Jesu Christe, Recusantibus, Quo ad piam Festi natalitii celebrationem, & pium gaudium in Domino gaudendum, Cives Academicos O. O. Honoratissimos, serio excitat, ac pro officii ratione, decenter exhortatur**


Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1733?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004017561>

Druck Freier  Zugang









J. 512.

1733. Weihn.

~~M. 1256.~~ 225.



M. 1733

HERMANNI CHRISTOPH.

SNÖELLEN,

S. S. Theol. Doct., Ejusque Prof. Publ. Ord., FCtatis  
Theol. Senioris, & h. t. Decani, ad Æd. Joh. Past.

h. ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS RECTORIS;

PROGRAMMA NATALITIUM,

DE

EVANGELICIS SALISBURGENSIBUS,  
SALUTATIONEM:

BENEDICTUS SIT JESUS  
CHRISTUS,

NON VERO

*HYMNUM NATALITIUM*

BENEDICTUS SIS  
CHRISTE,

REGUSANTIBUS,

Quo

ad piam Festi natalitii celebrationem,  
& pium gaudium in Domino gaudendum,

*CIVES ACADEMICOS O. O. HONORATISSIMOS,*

ferio excitat, ac pro officii ratione,  
decenter exhortatur.



R O S T O C H I I,

Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD.

Typographi.

M. 1256 225



**C**um festum natalitium, *Cives O. O. honoratissimi!* divinis recur-  
rat auspiciis, festum illud festorum, gloria Christianorum,  
gaudium qua maximorum qua minimorum, cujus excel-  
lentiam insignem, olim, ubi prima vice gubernacula Aca-  
demix tractare contigit, in *Programmate solenni*, sub rubro:  
*de die Christi ab Abrahamo viso, hujusque inde orto gaudio natalitio, ex Job.*  
*III. 56.*, persequi studui; operæ me pretium facturum esse omnino  
existimo, existimabunt alii æqui rerum arbitri, si argumentum quod-  
dam præsentis lato tempore convenientem, vobiscum concinna com-  
municavero brevitate. Nullum enim punctum fert Novator aliquis,  
qui *Zwinglius* esse fertur, mero innovandi pruritu, textus, sacris festis  
plane non accommodos, pro rostris explicare ausus, qua de re *B. Mar-*  
*tinus Chemnitius in Examine Concilii Tridentini part. IV. p. m. 218* Neque  
ait probari potest petulans illa quorundam confusio, sicut à viro quodam pio &  
gravi me audire memini, qui magna animi offensione alicubi audiret dis passionis  
quendam interpretantem historiam de nuptiis in Cana Galilææ, in die resurrectio-  
nis, historiam natiuitatis, in die ascensionis historiam passionis; non quod pecca-  
tum sit, illis diebus de hisce historiis vel loqui vel cogitare, sed quia in Ecclesia  
omnia debent ordine fieri, & ad rudiorum adificationem. Compara *B. Men-*  
*tzeri Exegesi Aug. Confess. Artic. XV. Opp. Latin. Tom. I. p. m. 241.* Com-  
munem potius applausum reportavit fulgidissimus Hipponensium  
Præsul, *Augustinus, Sermones de Tempore*, insertos quippe *Opp. Tom. X.*  
*fol. m. 123. sqq.* litterarum mandando monumentis, & ad feram trans-  
mittendo posteritatem. Dispiciam ergo in præsentis, *Sermonem de tem-*  
*porè*, ostensurus, *Emigrantes*, qui vocantur, *Salisburgenses. Salutationi: BE-*  
*NEDICTUS SIT JESUS CHRISTUS, infensos, haudquaquam infensos*  
*se præbere Hymno illi natalitio; BENEDICTUS SIS JESU CHRISTE.*  
Næ! ex duplici causa hancce materiam de tempore esse, inficias iri-  
nequit, quia consonat & jucundæ *Natiuitatis Christi festiuitati*, qua con-  
cilio Ecclesiastica exoptatam natæ Nobis Servatoris memoriam recolit,  
& memorabili *nostræ tempestati*, qua multa millia Salisburgi inco-  
larum, luce Evangelica collustrati, patrium Solum destituere, omnes-  
que facultates deserere maluerunt, quam diutius sub duro Papatus  
jugo gemere. Quemadmodum nempe inde à salutaris Reformatio-  
nis ævo, religio Evangelica in multorum cordibus semper viguit, &  
à Parentibus ad liberos, ab uno ad alium, propagata est, monstranti-  
bus celebratissimo *Hamburgensium Theologo, summe venerabili Dn.*  
*Ersm. Neumeistero, Fautore nostro certissimo, (quem summum Numen*  
*in Ecclesiæ orthodoxæ emolumentum diutissime conferuet!)* in per-  
egregia



egregia, de Admirandis DEI in Ecclesia, Oratione, extante in Eclogarum May-  
 ero-Neumeisterianarum Part. 2. p. 882. sqq., doctissimo Schelbornio in Com-  
 mentatione de Ortu & Progressu Religionis Evangelicæ in Provincia Salisbur-  
 gensi, aliis; Ita hi Emigrantes occultos antea Evangelicæ doctrinæ A-  
 matores egerant, & denique An. MDCCXXIIX, per novum Salutationis  
 cujusdam, ab Archi-Episcopo hodierno, Leopoldo Antonio, præscriptæ,  
 genus: *Benedictus sit Iesus Christus*, magis magisque agniti & velut ex  
 latebris suis extracti sunt. Quoniam enim illud usurpare renuerunt,  
 ætutum constitit, eos hætenus quidem in externa Ecclesiæ Romanæ  
 societate degisse, à superstitionis tamen Papæ scrutis maxime abhor-  
 rere. Auscultemus, qui rem totam enarrat, Celeberrimum *Autorem*  
*Der ausführlichen Historie derer Emigranten Partel. p.m. 19. sq.* Nachdem  
 der jehige Erzbischoff (Leopoldus Antonius) zur Regierung kommen  
 war, so hatte Er Sich vorgesehet, die Evangelischen völlig aus seinem Lan-  
 de auszurotten, es mögte auch kosten, was es wolte. Damit Er nun diesel-  
 ben entdecken mögte, so ließ Er die Jesuiten ins Land kommen, welche man  
 Buß-Prediger zu nennen pfiegete. Diese verfluchten auf allen Kanzeln  
 die Lutherische Religion, und verdamnten alle diejenigen, welche die Evan-  
 gelische vor die wahre Kirche hielten. Sie brachten in ihren Predigten  
 nichts anders vor, als daß sie die Lutherischen Lehren wiederlegeten, und  
 ihre Menschen-Sakungen bis an den Himmel erhoben. Rosen-Cränge,  
 Processionen, Wallfahrten, und Messe hören, waren die Haupt-Sache,  
 welche Sie ihren Zuhörern anpreiseten, und auf das nachdrücklichste ein-  
 schärfien: Man fing an den Gruß zu gebrauchen, dessen Anfang heisset:  
 Gelobet sey Iesus Christus. Diesen wolten die Evangelischen nicht  
 gebrauchen. Man ermahnete Sie zwar von den Kanzeln, daß Sie Sich  
 dieses Grusses bedienen solten. Aber Sie thaten solches nicht, indem Sie  
 Sich ein Gewissen machten, den Nahmen Jesu oftmahl vergeblich anzus-  
 führen, an welchem man allezeit mit der größten Ehrefurcht gedencken  
 muß. Und hieran pfiegete man Sie von den Papisten zu unterscheiden.  
 Drum gab man auf Sie genaue Achtung, wie ihre Aufführung zu Hause  
 beschaffen wäre. En! plus quam duæ Salisburgensium myriades præ-  
 scriptam Salutationis formulam: *Benedictus sit Iesus Christus*, (Gelobet sey  
 Iesus Christus) respuentes! Annon vero bonis his hominibus, & pes-  
 simæ erga Principem suum inobedientia, & præsertim infensi in Can-  
 ticum natalitium: *Benedictus sit Iesu Christo* (Gelobet sey Iesu  
 Christ) animi, dica jure scribi poterit. Sane facile utriusque crimi-  
 nis optimos Salisburgi Exules insimulandos esse judicabit, qui æqua  
 omnia lance expendere detrectat. Quem enim præterit, Tempa no-  
 stra hæc præsertim diebus festis personare, sicut aliis conticis natali-  
 tiis, ita etiam hocce: *Benedictus sit Iesu Christo*: (Gelobet sey Iesu  
 Christ.)



4  
Christ.) Hic ipse Hymnus quidem jam ante tempora B. Theandri  
Lutheri (de quo, & ejus progenie, optime nuper mentus est præclar'  
Dn. M. David Richterus, in *Genealogia Lutherorum, oder Historischen Erzählung*  
von D. Mart. Lutheri heütigen Auberwandten, Hochzeits-Tag, und jegiger  
Posterität) in Coetibus Romano-Catholicorum suo jam modo invalu-  
erat; tantam tamen, operâ B. Megalandri, mutationem, tantam emenda-  
tionem, ac à scoriis Papalibus repurgationem, passus est, ut, præter pri-  
mum versum, ac melodiam, nihil quicquam manserit reliqui, cum  
*secundus versus* ita apud Pontificios sonet: Gelobet sey die Jungfran zart  
&c.; *Tertius* vero: Gelobet sey der Engels-Schaar &c. Vid. B. Job. Chri-  
stoph. Olearius in dem *Evangelischen Lieder-Schatz Part. I. p. m. 25.* Re-  
latum quoque legitur in *Job Casp. Wetzeli Hymnographia Part. II. p.*  
*m. 114., in Libro Canticum Lubecensi, de An. 1703. & 1714., ad imitatio-*  
*nem Argentoratensis cujusdam, de An. 1635., loco clausula ubivis adjunctæ:*  
*Kyrie Eleison, positum esse: Halleluja! Prolixam autem Hymni istius ex-*  
*positionem ac dilucidationem subministrare suscepit B. Carpzovius in*  
*den Lehr- und Lieder-Predigten Part. I. p. 235 sqq.* Næ dignum est  
hocce Canticum, quod per feriarum natalitarum decursum sacras re-  
pleat ædes, quandoquidem in eo dulcissimi nostri Sospitatoris nativi-  
tas, humilitas, ac in nos misericordia, vivis velut coloribus delinean-  
tur, & pro tam immenso beneficiorum cum v'o debita persolvuntur  
grates. Impendio vero magis Fanatici illius, *Job. Barnieri*, interpolatio  
rejici meretur, qua is ita vult cani: Gelobet seystu JESU Christ, der  
in Uns Mensch geböhren ist; u. Des ewigen Vaters einigs Kind,  
man in dem innern Herzen findet &c., apud *Olearium l. c. p. 29.,* nam  
*ὕπερ λόγῳ* ꝑ̄ illota illa continet immutatio, & *Fanaticorum Christum in no-*  
*bis*, particulam essentia divina, omnibus mortalibus congenitam, pro-  
cul nobis invehit. Eo tantum omnes moveamus rudentes, ut into-  
nantes hymnum illum natalitium, Servatorem, pro nobis natum, vera-  
circumplectamur fide *Job. I. 12.,* sicque idem Christus, qui pro nobis  
natus, pariteratque traditus est in mortem *Rom. IX. 32.,* evadat *Christus*  
*in nobis*, in cordibus scil. nostris per fidem habitans *Eph. III. 17.* Ex his  
sole elucet clarius, recte omnino à nobis, festum natalitium celebra-  
ntibus, carmen laudativum: *Benedictus sis JESU Christe* (Gelobet seystu  
JESU Christ) adhiberi, dummodo exteriori linguæ sono, interior  
menti elevatio respondeat. Quod si jam ad Salisburgensium coronam  
animi lumina reflectimus, videtur ea Hymno nostro, ac laudi, in Chri-  
stum natum directæ, imo toti cultus nataliti apparatus, e diametro ad-  
versari, quia præscripta recusavit uti salutationis formulæ: *Benedictus*  
*sis JESUS Christus* (Gelobet sey JESUS Christus.) Verum enim vero  
omnis suspicionis uniuscujusque speciei e vestigio evanescet, si totum dun-  
taxat



taxat negotium æqua iudicii trulina libraverimus. Nimirum notissimus Pontifex Romanus, *Benedictus XIII.*, (ad quem *Job. Rudolphus Continuus in Roma sancta p. 10.*, pessimo verbi sanctissimi abusu, detorquet effata Scripturæ, de Christo intelligenda, inquit: *Dabit salutem in Israël, et Levabit signum in Nationes &c.*) Anno supra millesimum & septingentesimum, vigesimo octavo, publico Edicto, (quod *Bulla* nomine insigniri suevit,) omnibus ac singulis, qui Romano-Catholicæ Ecclesiæ addicti sunt atque subjecti, id, voluntate ipsius ubique locorum pro rostris promulgata, in mandatis dedit, ut cuncti Romano-Catholici in posterum in locum Salutationis hæctenus usitata: *Bonum mane bonus dies, bona nox, (Gott gebe euch einen guten Morgen, guten Abend, gute Nacht)* & si quod aliud compellationis genus, quo obvii erga obvios, Amici erga Amicos, uti sueverant, (e. gr. *Gott grüsse euch, gehorsamer Diener, votre Serviteur &c.*) superesset, sequentem substituerent formulam: *Gelobet sey Jesus Christus!* Alter vero, vel alii, qui salute ista donantur, reponere debent: *Amen*, vel: *In æternum (in Ewigkeit)*. Neque hic solummodo novus salutandi ac resalutandi ritus, iussu Pontificis denuo introductus, sed etiam indulgentiarum innumerarum promissione communitus est. Postquam nempe famigeratissimus Papa, *Sixtus VIus*, viam præverat, Anno MDLXXXVII. die 11. Jul., edita Bulla, à litteris initialibus dicta: *Reddituri*, omnibus ac singulis, hac salutatione: *Benedictus sit Jesus Christus (Gelobet sey Jesus Christus)*, ac resalutatione: *Amen*, vel: *In æternum (In Ewigkeit)*, usuris, quoties id facturi essent, indulgentias centum dierum pollicendo, iis vero, qui morem illum in vita sua observassent, si in agone mortis, vel ore, vel deficientibus viribus, saltem corde, sanctissimum nomen *Jesus* invocaturi sint, plenissimas omnium peccatorum indulgentias impertiendo. Hanc viam calcare suscepit prædictus Pontifex, *Benedictus XIII.* Is enim, ut omnes ac singulas indulgentias confirmaret, humillime rogatus, precibus istis vacuas aures præbere, ac memoratas indulgentias, vi potestatis Papalis, Anno MDCCXXIX. die 12. Jan., ratas fecit. Comparetur *Anonymus in den historischen Nachrichten von dem neuen Grusse: Gelobet sey Jesus Christus, Imgleichen von dem Rosen-Orange, oder sogenannten Pater noster p. 3. sqq.*, qui etiam p. 7. sq. ipsam Bullam *Benedicti XIII.* de die 12. Jan. Anni MDCCXXIX. ex latino idiomate in Germanicum conversam, curiosorum Lectorum oculis exponit. Vix itaque hæc Papalis constitutio prælo exierat, ubi illa etiam in toto tractu Archiepiscopi hodierni Salisburgensis, *Leopoldi Antonii*, ex suggestu plebi prælecta, sicque ipso currente Anno, supra millesimum & septingentesimum, vigesimo octavo, quo Romæ exclusa, in cujusvis notitiam de-



6  
ducta, neque tantum in notitiam deducta, sed quoque à Jesuitarum  
caterva summopere commendata est. Quemadmodum vero novus  
ille salutandi modus pro scopo habet investigationem, exploratio-  
nem, & agnitionem eorum, qui Papalibus decretis ac traditionibus  
humanis colla non submitunt, neque adeo Professionis fidei Tri-  
dentinæ Numerum decimum faciunt suum: *Romanam Ecclesiam omnium  
Ecclesiarum matrem & magistram agnosco, Romanoque Pontifici, B. Petri Apo-  
stolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo  
& juro; Ita ejus in regionem Salisburgensem invectione gemino inser-  
vire debuit fini, idque eo magis, quo certius Archi-Episcopo inno-  
tuerat, magnam Subditorum suorum partem, spretis quisquiliis Papa-  
libus, Evangelicæ doctrinæ dulcedine captos esse. Hac ratione salu-  
tatio ista erat infimul cassera discretionis, ac nota distinctionis, ope cujus  
illi Salisburgensium in apricum erant deducendi, qui sive pertine-  
rent ad regnum Pontificium, sive non. Qui enim ex illis morem ge-  
rebant exhortationibus Jesuitarum repetitis, coetui Romano-Catho-  
licorum; Qui vero dictis se præbebant inobedientes atque injunctum  
salutationis modum susque habebant deque, societati Evangelico-  
rum (qui *Hæreticorum* vituperio denigrari assolent) adjungendi ju-  
dicabantur. His jam rite ponderatis, optimum Salisburgensium  
numerum, præscripta quamlibet salutatione: *Benedictus sit Jesus Chri-  
stus, (Gelobet sey Jesus Christus)* abstinentem, foeda profanæ mentis  
culpa vacare, in Solis jacet disco. Noluerunt scilicet hi homines, à  
litterarum licet studiis alieni, viam tamen Domini, lectionis Biblio-  
rum sacrorum, ac Librorum Evangelicorum adminiculo, optime cal-  
lentes, præscriptis verbis, in communi vita, uti, ut *fortes fidei agerent  
Confessores, neque Christum, Redemptorem suum, & salutarem ejus doctrinam, ab-  
negarent*, probe gnari illius Servatoris, *Matth. X. 32. 33. : Omnis qui con-  
fitebitur me coram hominibus, confitebor etiam ego eum coram Patre meo, qui  
in coelis est. Quisquis vero abnegaverit me coram hominibus, abnegabo eum  
etiam ego coram Patre meo, qui in coelis est, nec non illius Luc. IX. 26. :  
Quemcumque pudebit mei, & meorum verborum, illius filium hominis pudebit,  
quando venerit in gloria sua.* Quodsi vero obedientiam Pontificium  
mandatis gessissent, fortes Christi Confessores non egissent, quoniam  
qui salutationem istam adhibebant, eo ipso Pontificiorum Coetui se  
associatos volebant. Noluerunt porro istis verbis uti, *νε ὑποκρίσεως*  
*contraherent maculam*, sed sinceros se præberent Christi veneratores,  
recordati illius Davidis *1. Chron. XXX. 17: Rectitudines bone tibi (DEUS)  
placent.* Quodsi vero obedientiam gessissent, *ὑποκρίσεως* maculam  
contraxissent, quoniam alios exteriori se specie simulassent, nimirum  
*Papa mancipia*, alii revera extitissent, nimirum *Evangelii Amatores.* No-  
luerunt*



7  
luerunt denique istis verbis uti, ne viderentur *Indulgentiarum Papalium vanitates* albo comprobare calculo, aut istiusmodi officii, ad simpliciores are emungendum comparatis, splendide sibi imponere. Quodsi vero obedientiam gessissent, comprobrassent istiusmodi vanitates, quia præmio indulgentiarum multarum, imo plenariarum in ultimo mortis agone, hiantes deluduntur corvi, salutationem Papalem in ore gerentes. Quare nihil moramur imo detestamur *Nonharti, Jesuitæ, in den Controversien-Predigten p. 497 a. inconsideratam linguam*: Die Poenitentz-Wercke geben ab an dem Leiden Christi, vder es mangelt dem Leiden Christi onnoch so viel, als diese betragen, und wenn sie versäümet werden, so sey kein ander Mittel mehr übrig, als der Ablass. *Conf. Jablonskii Dissp. de Indulgentiis Pontificiarum ex Ecclesia recte ejectis*. At objectionis forsitan telum in nos evibratur: summa acceptione digna esse verba injuncta: *Benedictus sit JESUS CHRISTUS* (Sed lohet sey JESUS CHRISTUS,) quibus insigni cum prolubio utuntur cuncti ingenui Christi cultores, adeoque, si non profani, saltem inconsiderati animi reos agendos esse Evangelicos Salisburgenses. At vero distinguere meretur inter ista verba in se ac usu suo spectata, & spectata in abusu. *Priori modo* usurpari & possunt ac debent, ad imitationem *Petri 2. Petr. III. 18.* dicentis: *Ipsi JESU CHRISTO sit gloria & nunc & in diem aternitatis, Amen!* Adde *Rom. IX. 5*; non autem *posteriori*. Et hinc collaudandi sunt pii Salisburgenses, salutandi istum modum respicientes, non vituperandi. Sane abusus locutionis in se peregrinæ vel ex eo solo dilucide patescit, quia huic serviebat fini, ut Pontificiorum Ecclesiæ annumerarentur, eam usurpantes, & Pontificiorum sacra sectarentur, secus facientes autem, hac nota discretionis agniti, trucidibus afflictionum generibus in misericorditer subjicerentur. Taceo, isto salutationis præscripto sanctissimum Nomen JESU in contemptum adductum esse, quippe quod ab ebriis, aliisque vitiorum Sectatoribus pro consuetudinis ratione adhibitum, non potest non vilescere. At novam audire contingit objectionem: SALISBURGENSES, renuendo demandatæ salutationis usurpationem, turpis inobedienciæ notam sibi inuisse, obsequium denegando eminentissimo Principi suo & Domino. At vero responsionis loco sufficit notissimum divi Petri effatum *Act. V. 29.* *Obedire oportet DEO magis quam hominibus*. Injungebatur ipsis aliquid conscientiæ adversum, ut scilicet Papæam deperirent religionem, ejusque se socios hac ipsa Salutandi formula profiterentur. Recte ergo contemnebant potestatem, *vimendo potestatem* (divinam,) ut alicubi Hipponensium Episcopus, *Augustinus*, loqui amat. En ergo optimi Salisburgenses recte salutationem sæpius iteratam respicientes, neque tamen glorificationi Christi



8  
Christi infensi. O quanto prolubio illi, tempore præsertim hoc festo, nobiscum ingeminant: *Benedictus sis Jesu Christe* (Gelobet seystu Jesu Christ!) O quanto prolubio illi Jesum nostrum fide faciunt suum! O quanto prolubio Servatori nostro pro immensis gratiæ bonis ac fluminibus in nos derivatis immortales agunt gratias! DEus conservet eos in veritate ac pietate genuina. Amen!

Vos autem, *Cives honoratissimi!* compellandi mihi adhuc estis, affectu tamen prolixiori, quam effectu. Prosequimini Servatorem nostrum mellitissimum, intimo honore, debita veneratione, submississimis laudibus, nam *venit Filius hominis ad quærendum & salvandum, quod perierat Luc. XIX. 9.* Ultimam cuncti propitia veritate cum decantatissimo *Bernardo serm. V. in Natali Domini, Opp. p. m. 59.* pie gloriari queant: *Reveremur Christum nos in præsepio, reveremur in patibulo, reveremur in sepulchro: Devote suscipimus tenerum propter nos, cruentum propter nos, pallidum propter nos, sepultum propter nos reveremur.* Præ ceteris autem adeste *lectissimi DNN. Studiosi,* quos in oculis alias fero! Nolite concedere, ut peccatorum inquinamentis vestrum conspurcetur nomen, potius omnem eo moveat lapidem, ut pia quædam prohibitis æmulatio in vestra vigeat concione, & alter cum altero de palma hic velut deceret, quandoquidem egregie Gentium Doctor *Phil. IV. 8. Quæcunque sunt vera, inquit, quæcunque gravia, quæcunque justa, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, & si qua laus, hæc cogitate!* Reverentiam summam exhibete *Servatori incomparabili,* in vestri nostrique omnium emolumentum carne vestiti humana; Reverentiam Ipsi exhibete in *Templis, sacro cultui divino dicatis, vitantes petulantiam, scandala, nominis divini abusum, verbi sacratissimi contemptum, deambulationes, irrisiones, aliæque impietatis signa; è contra jubilantium choro concinentes, ac Benefactorum vestrum concelebrantes.* Reverentiam exhibete in *ædibus privatis,* neque eas comestationibus, comotationibus, lasciviis, facinoribus, conspurcate, sed & in illis festum DEO agite. Reverentiam exhibete in *musæis vestris,* quippe quæ debent esse officinæ probarum meditationum, egregiorum pietatis exercitiorum, ardentissimarum precum, & sic porro. Reverentiam exhibete in *cordibus vestris,* memores illius sancti Apostoli *1. Petr. III. 15. Dominum DEum sanctificate in cordibus vestris.* Quid enim juvat exterioribus actionibus laudabilibus studere, si cordis ingenuitas DEO fuerit subtracta. Ne profanate quocunque modo, sive interdiu sive noctu, dies hosce festos, quibus læti exclamamus: *Puer natus est nobis, filius datus est nobis Es. IX. 6.* Cane pejus atque angue aversamini jurgia, lites, contentiones, quibus DEus pacis à vobis sejungitur. Vitate omni studio boatus ac clamores nocturnos, nullum Christianum, nedum studiosam juventutem, decentes. Fugite coetus malignorum, ne sectando eorum consortium, simili vitiorum coeno immergamini. *Beatus est Vir, qui non ambulat in consilio impiorum &c. Ps. I. 1.* Declinate cunctas cum militibus hic loci degentibus concertationes, sed *quantum in vobis, cum omnibus hominibus pacem colite Rom. XII. 18.* Summa: Honore afficite DEum, ut ipse vos iterum honore mactet, quippe qui diserte ait: *Honorantem me honorabo, sed spernentes me spretri erunt 1. Sam. II. 30.* Valete!


P. P. IPSO NATIVITATIS FESTO,  
SUB SIGILLO RECTORATUS ANNO MDCCXXXIII.













fuerunt denique istis verbis uti, ne viderentur indulgentiarum vanitates albo comprobare calculo, aut istiusmodi officiosiores are emungendum comparatis, splendide si Quodsi vero obedientiam gessissent, comprobrassent istitates, quia premio indulgentiarum multarum, imo plultimo mortis agone, hiantes deluduntur corvi, salutalem in ore gerentes. Quare nihil moramur imo det<sup>hanti</sup>. Jesuita, in den *Controversien-Predigten* p. 497 a. in lingua: Die Poenitentz-Werke geben ab an dem Leiden es mangelt dem Leiden Christi onnoch so viel, als diese b<sup>wenn</sup> sie versäümet werden, so sey kein ander Mittel mehr. *Ablass. Conf. Jablonskii Dissp. de Indulgentiis Pontificiorum e-jectis.* At objectionis forsan telum in nos evibratur: t<sup>ptatione</sup> digna esse verba injuncta: *Benedictus sit Jesus lobet sey Jesus Christus,*) quibus insigni cum prolubio Et ingenui Christi cultores, adeoque, si non profani, salderati animi reos agendos esse Evangelicos Salisburvero distingui meretur inter ista verba *in se ac usu suo spe-ctata in abusu.* Priori modo usurpari & possunt ac debent, nem Petri 2. *Peir. III. 18.* dicentis: *Ipsi Jesu Christo sit glo- in diem aternitatis, Amen!* Adde *Rom. IX. 5;* non autem p<sup>hinc</sup> collaudandi sunt pii Salisburgenses, salutandi ist<sup>respuentes</sup>, non vituperandi. Sane abusus locutionis in-<sup>gia</sup> vel ex eo solo dilucide patescit, quia huic serviebat<sup>tificiorum</sup> Ecclesiae annumerarentur, eam usurpantes, &<sup>rum</sup> sacra sectarentur, secus facientes autem, hac nota<sup>agniti</sup>, trucidibus afflictionum generibus in misericordite-<sup>tur.</sup> Taceo, isto salutationis praescripto sanctissimum N<sup>in</sup> contemptum adductum esse, quippe quod ab ebriis,<sup>tiorum</sup> Sectatoribus pro consuetudinis ratione adhibitu<sup>est</sup> non vilescere. At novam audire contingit object<sup>LISBURGENSES,</sup> renuendo demandatae salutationis us<sup>turpis</sup> inobedientiae notam sibi inuisse, obsequium den<sup>mentissimo</sup> Principi suo & Domino. At vero responson<sup>cit</sup> notissimum divi Petri effatum *Act. V. 29.* *Obedire oport-<sup>gis</sup> quam hominibus.* Injungebatur ipsis aliquid conscient<sup>ut</sup> scil. Papam deperirent religionem, ejusque se socios h<sup>tandi</sup> formula profiterentur. Recte ergo contemnebant<sup>rimendo</sup> potestatem (divinam,) ut alicubi Hipponensium<sup>Augustinus,</sup> loqui amat. En ergo optimi Salisburgenses<sup>tationem</sup> sapius iteratam respuentes, neque tamen g

